

quorum nomina sunt hec. Meinherus de Werbene. Gotheboldus burgravius. Hermannus de Thuchere. Gozwinus et Gothefridus frater eius de Wange. Ekehardus notharius. Albertus capellanus. Albertus de Muchele. Ekehardus de Domo. Hermannus de Tundorf. Guntherus dapifer. Datum anno domini M̄C̄XC̄II, indictione XII.

5

587.

Abt Sifrid von Hersfeld bekundet, wie er dem Kloster Kreuzberg zu der Vogtei über Lindenau und Zelle, welche Heinrich vom Scharfenberg von Landgrafen zu Lehn trug, verholfen hat. 1194.

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. S. des Konvents an Pergamentstreifen. Phot. H. St. A.
Gedr.: Wenck, Hess. Landesg. III. Urkundenb. 90.*

10 : In nomine sanctę et individue trinitatis. Sifridus abbas Hersfeldensis: | Quoniam
fragilis est memoria et ad capiendam rerum turbam non sufficit, ne labilis auditus | per
incrementa temporum citius, quod percepit, perdat, que nobis mediantibus utilitati deo
servientium postmodum profutura statuuntur, scripto posteris mandare necessarium de-
crevimus. Notum sit igitur presentibus et futuris Christi fidelibus, quod nobis sollerter
15 collaborantibus de advocatia ville Lindinowe totius ville Cello molendini et piscarie ibidem
et unius mansi in Drakindorf dilectus filius noster Reingerus prepositus de Cruceberg et
castellanus noster Henricus de Scharphinberc talem fecerunt contractum. Siquidem
Henricus, quia eandem advocatiam de manu lantgravii tenuit feodum, quo de ecclesia
Fuldensi inbeneficiatus erat, unde ipsi annuatim in villa Lupinze vi talenta solvebantur
20 in manus abbatis Fuldensis resignans in restaurum dicte advocatie lantgravio in beneficio
porrigi petivit et impetravit. Quo facto Henricus a preposito nostro et ecclesia Cruci-
bergensi LX marcas accepit et advocatiam liberam et ab omni impetitionis nexu solutam
nobis resignavit. Nos vero cupientes commodis et utilitatibus ecclesie nostre pro modulo
nostro providere in curia principum Frankinuord celebrata Crucibergensis ecclesie nomine
25 prefatam advocatiam de manu lantgravii recipientes eam dicte ecclesie appropriavimus
et rationabiliter actitatum scripto presenti confirmantes annuente sacro nostri conventus
collegio ecclesie nostre sigillo paginam muniri iussimus. Huius ordinationis initio et con-
summationi hii testes interfuerunt. Uvitelo camerarius noster. Almundus camerarius
fratrum. Reinboto capellanus. Laici. Ludewicus de Frankinstein. Bodo de Boimin-
30 burg. Heroldus de Heringen et Gotefridus frater eius. Rudolfus de Gerstungen. Ger-
notus de Elmbach. Arnoldus de Bigere et frater suus Henricus de Wilere. Ludewicus
burgravius. Volpertus de Milinrod. Volkoldus et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M̄CLXX̄XII, indictione XI, presidente
sancte Romanę ecclesie domino Celestino papa, imperante Heinrico Romanorum impera-
35 tore augusto.

(S.)